



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

IV. Refelluntur argumenta Adversariorum. Primum argumentum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

ac scribit *αὐτὸς μετὰ τὸν*, hunc ipsum esse Eſdræ. Idem probatur & ex nono capite, ubi cum de se dixisset, *Curvavi genua mea, & expandi manus meas ad Dominum Deum meum*; & orationem demum adieciſſet, quam fudit ad Deum, tum ſubnectit: *Sic er- go orante Eſdra, & implorante eo, & ſente.* Cum igitur Thalmudiftæ, aliique Ebræi doctores Eſdræ aiunt librum ſuum ſcripiſſe, id ad capita tantum poſtrema qua- tor pertinere in eorum gratiam putandum eſt.

II. Porro ex hoc Opere deſcripſit Nehemias ספר הניחם, ſive Librum genealo- giæ eorum qui Babylone primum Hieroſolymam redierunt; & ſeptimo ſcriptionis ſuæ capite repræſentavit. Verumtamen quoniam illic in ſecundo prioris Eſdræ, Nehemias fit mentio, qui & Atherſata appellatus eſt, quique in priore reditu non fuit, hinc mihi videtur probabile Nehemiam, cum hæc deſcriberet, nomina quoque eorum reſenſio- ni inferuiſſe, qui ſecundo reditu interfuerunt; atque ita Librum genealogiæ interpo- laſſe. Alios vero deinde deprehenſis Eſdrinæ & Nehemianæ genealogiæ diſcrepan- tiis, ad Nehemianæ exemplar Eſdrinam reſinxiſſe, & recompoſuiſſe.

III. Nehemiam librum ſibi cognominem lucubrariſſe Interpretēs conſentiunt, & res ipſa indicat: nam & ſe Libri auctorem in fronte profitetur, pro more Scriptorum illius temporis, Herodoti, Thucydidiſ, Timæi Locri, Ocelli Lucani, Alcmaeonis Crotoniaſ, & reliquo opere res à ſe geſtas deſcribit *αὐτὸς μετὰ τὸν*. Atqui narrata illic reſtitutionis incemium Hieroſolymæ, ejuſque Auctoris Nehemias, cum laude meminit Sirachides, Commentariorum autem ipſius & ſcriptionum, Auctor Machabaici poſterioris, ſecundo capite. Tum in autem Liber, tum & ille Eſdræ, in Ebræorum Canonem rece- ptus, & à Septuaginta Interpretibus Græco ſermone redditus eſt. Vixit porro Nehe- mias Artaxerxis ævo, non Mnemonis, ut contendit Scaliger, ſed Longimani: atque ipſius in Judæam reditus Eſdræ reditu tredecim annis eſt recentior. Fuit de Tribu Juda, ut recte notant Euſebius & Cedrenus. Nec obſtat decimum caput libri Nehemias, in quo Sacerdotes dicuntur ii quorum nomina proxime præmiſſa ſunt, inter quæ pri- mum eſt illud Nehemias; nam ad reliqua, non ad hoc, pertinet notatio iſthæc. At vitio- ſa ſunt illa, quæ leguntur primo capite Machabaici ſecundi: *ἤνυσεν ὁ θεὸς τὸν νεμὶαν ἀσπερ- γῆ ἰπſῆς ἀγνῆς*: nam ſi Græcum exemplar conſulas, iſta reperies: *ὄνυλον τὸς τοῦ νεμῆας ἀσπερ- γῆ ἰπſῆς ἀγνῆς τῶν Ἰδαιῶν*. *ἤνυσεν ὁ θεὸς τὸν νεμὶαν ἀσπερ- γῆ ἰπſῆς ἀγνῆς*. Sub Eſdræ nomine lau- datur liber Nehemias apud Euſebium & alios, *Quia apud Ebræos Eſdra, Nehemiasque ſer- mones in unum volumen coarctantur*, inquit Hieronymus.

IV. Quamvis autem horum Librorum certa ſit fides, eos tamen Anabaptiſtæ pe- nitus repudiant: ſed & argutationibus quoque ſuis eos appetit Theologo-Politicus Philoſophus, negatque ab Eſdra & Nehemia eſſe ſcriptos, ſed longe poſt inſtaura- tum à Juda Machabæo Templi cultum conſictos à Sadducæis, forte ea de cauſſa, ut po- pulo oſtenderent Danielis Propheciis adimpletas eſſe, atque eum hac ratione in religione con- firmarent, ne de melioribus & futura ſalute in tantis calamitatibus deſperarent. Tam novæ & temerariæ opinionis unicum hoc habet argumentum, quod capite Nehemias duo- decimo nomen extet Jeddoæ Pontificis, quem Alexandro magno Hieroſolymam eunti obviam prodiſſe Joſephus narrat; & illud Darii, ejus nimirum qui Codomannus co- gnominatus eſt. Unde ſic concludit: *Neminem exiſtimare credo, quod Eſdræ aut Nehemias adeo longævum fuerint, ut quatuordecim reges Perſarum ſuperſuſerint: nam Cyrus omnium primus Judæis veniam largitus eſt Templum reediſicandi, & ab eo tempore uſque ad Darium decimumquartum & ultimum Perſarum regem ultra cexxx anni numerantur. Vix plu- res potuiſſet errores tam paucis verbis colligere: nam primum putat Nehemiam Cyri temporibus floruiſſe, qui Artaxerxis cœvus fuit: quatuordecim Perſarum reges nume- rat, qui à Cyro ad Darium Codomannum fuerunt omninò decem, aut ſi Patizithen & Smerdin Magos in iis numeres, ad ſummum duodecim. A tempore quo Judæis pa- triæ repetendæ poteſtatem fecit Cyrus, ad poſtremum Darium annos effluxiſſe cen- ſet cexxx, qui ad hujus obitum non multo plus quam ducenti fuerunt. Præterea, ut hæc concedamus omnia, non inde ſequitur libros Eſdræ recentiores eſſe Juda Ma- chabæo, qui pluſquam clx annis poſt Darii Codomanni obitum Judæorum dux creatus eſt. Denique quidquid ex duodecimi Nehemias capitis verbis ſequatur, minime id Eſdræ librum, ſed Nehemias ſolum oppugnat. Jam vero quod ſpectat ad Jeddoam Pontificem, & Darium Codomannum, quos Nehemias agnitos & commemoratos fuiſſe fatemur; & ad Sanaballetum Horoniten, quem Manalliſſis fratris Jeddoæ Pontificis ſo- cerum fuiſſe cauſſantur, & à Dario ad Alexandrum deſeciſſe, ut eſt apud Joſephum, cum multo prius Nehemiam Hieroſolymæ muros reparantem interpellaſſet, quemad- modum legitur Nehemias quarto capite; nos reſpondemus Nehemiam puerum fuiſſe, cum primum in Judæam profectus eſt, ut qui regi eſſet à poculis, quo miniſte- rio ſere pueri fungebantur; iter autem illud incidiſſe in annum viceſimum Lon-*

gimani. Hunc si regnum esse auspicatum ponamus anno Periodi Julianæ 4249, incidet viceſimus in annum ejuſdem Periodi 4269: à quo tempore ad obitum Darii Codomanni, annum videlicet 4384, intercedunt anni centum & quindecim. Itaque ſi Artaxerxis viceſimo annum ætatis egerit decimum ſextum Nehemias, natus fuerit annos circiter centum triginta & unum, cum obiit Darius, quod profecto neque mirum eſt, neque novum. Optime id probat exemplis Scaliger: verum argumento ipſe ſuo abutitur, cum quod de uno, vel duobus credibile eſt, pluribus nititur accommodare. Cauſſa itaque non erat, cur Petavius ad refellendum hoc Scaligeri commentum, *videlicet* inſuſcipere petriochen hanc, quæ Jeddæ Pontificis & Darii facit mentionem; aliorum quorundam auctoritatem ſecutus. Nodum quem ſolvere poterat, ſecare non debuit. Plane vero huic in eo aſſentior, quod Sanaballetos arbitratu fuiſſe duos, alterum Artaxerxis coætaneum, Darii Codomanni & Alexandri alterum. Unde Scaligeri argumentum ex unius Sanaballeti diuturnitate conflatum diſſolvitur.

Scalig. De emend. temp. libr. 6. Pet. De doct. temp. libr. 12. cap. 15.

Secundum argumentum. Tract. Theol. cap. 10.

Hier. Præf. in Eſdr. & Neh.

Tertium argumentum. Ibid. Orig. libr. 6. cap. 12.

Hier. Præf. in Eſdr. & Neh.

V. Invidiam præterea facere conatur libris Eſdræ Theologo - Politicus Diſputator, ex eo quod in Epiftola genealogiæ, quæ Eſdræ ſecundo capite, Nehemiæ ſeptimo continetur, ſingulæ hominum, qui per partes numerantur, ſummæ in unum collectæ ſolidam ſummam illic notatam non exæquent, & quod in nominibus crebra vitia deprehendantur: frequenti nempe librariorum errore, quibus in referendis arithmetiſis notis, & exprimendis nominibus labi promptiſſimum eſt, ut jam dixi. Præcaverat incommodum iſtud Hieronymus, cum ad Domnionem & Rogatianum ſcriberet, ut librorum illorum emendata à ſe exemplaria cum fratribus communicarent, *Admonentes ut Ebræa nomina, quorum grandis in hoc volumine copia eſt, diſtincte & per intervalla tranſcriberent. Nihil enim, inquit, proderit emendaſſe librum, niſi emendatio librorum diligentia conſervetur.*

VI. Conflatur tertium argumentum ex Iſidori verbis, quibus ſecundum Eſdræ librum apud Ebræos non haberi, ſed inter apocryphos rejici docet. Verum ex hoc ipſo teſtimonio manifeſtum eſt, non ſecundum illum intelligi Librum, qui Nehemiæ nomen præfert, nam diſerte pronuntiat idem ille Iſidorus, Eſdræ libro ſermones Eſdræ & Nehemiæ contineri. Probabile itaque eſt ipſum, cum ex Hieronymo didiciſſet, *apud Ebræos Eſdræ Nehemiæque ſermones in unum ſermonem coarctari*, unicum Eſdræ librum canonicum cenſuiſſe; cum autem alios Eſdræ libros apocryphos eſſe ſciret, eos quoque in unum conjungendos eſſe, ac unum canonicum, alterum apocryphum exiſtimaviſſe.

DE LIBRO TOBIÆ.

I. Diſputatur de Auctore libri Tobia. Scriptus videtur partim à Tobia patre, partim à filio, partim ab incerto Auctore. II. Probatuſ eius *γνησιότης* & antiquitas. III. Diſputatur de tribus Ebraicis libri Tobia editionibus; IV. & de Græca. V. Refelluntur argumenta Adverſariorum. Unicum argumentum.

Diſputatur de Auctore libri Tobia. Scriptus videtur partim à Tobia patre, partim à filio, partim ab incerto Auctore. Hier. Præf. in Tob.

Probatuſ eius *γνησιότης* & antiquitas. Tob. 11. 10.

I. **E**T ſi in Canonem ſacrorum Voluminum Tobiaæ librum non dedicarunt Ebræi; quæcunque tamen in eo narratur, Salmanaſaris, & Sennacheribi, & Ezechiaæ ætate fatentur vere contigiſſe, ut eſt in Juchafin; Librum autem ipſum *hiſ* qua *Hagiographa memorant, manciparunt*, uti de eo loquitur Hieronymus. De Libri ætate & Scriptore non ita convenit. Conſtat quidem ante Chriſtum fuiſſe relatum in literas, ut tradit Auguſtinus in Speculo. Partim autem ab ipſo Tobia patre, partim à Tobia filio ſcriptum eſſe, nonnulla etiam ab incerto Auctore, aliquo fortasſe è Tobiaæ nepotibus, eſſe adjecta conſentit ſanior pars Interpretum; & capita quidem priora duodecim à Tobia patre; decimum tertium, & decimi quarti partem, qua ſenioris Tobiaæ narratur interitus, ad poſtremos uſque verſus duos; à Tobia filio; duos illos verſus poſtremos, quibus Tobiaæ filii mors continetur, ab incerto Auctore.

II. Concedo libens in hanc ſententiam, ut pote quæ nitatur capite duodecimo, quo Tobiam utrumque jubet Angelus caſus ſuos literis tradere. Nam cum Vulgata habeat: *Narrate omnia mirabilia ejus*; ſic Græcus Interpres: *ἡ ἀληθὴς παράδειξις τῶν σωτηριῶν αὐτοῦ ἐν βιβλίῳ. Scribite in libro quæcumque evenerunt.* Cui mandato quin pro ſua pietate paruerit Tobias uterque, dubitari non poteſt; cum præſertim Ebræorum mos eſſet res ſuas in commentarios referre. Hunc autem Librum quem habemus, cum ipſum eſſe qui ab illis ſcriptus eſt, multa perſuadent; primum quod

credibile